graeca satyrica differt, quod in satyrica fere satyrorum personae indu-
cuntur aut siquae sunt ridiculae similes satyris, Autolycus, Busiris, in
Atellana Oscae personae, ut Maccus.

XI D r a m a t a autem dicuntur tragica aut comica παρὰ τὸ δρᾶν id est
agere. latine f a b u l a e appellantur sive fatibulae, in latinis enim fa-
bulis plura sunt ⟨fantium diverbia quam⟩ cantica quae canuntur; vel a
faciendo, nam et agi fabula, non referri ab actoribus dicitur. ideoque
Horatius utraque significatione interpretatur, cum ita de fabula dicit: *aut*
2 *agitur res in scaenis aut acta refertur (a. p. 179),* sicut in choro. in
graeco dramate fere tres personae solae agunt, ideoque Horatius ait: *ne*
quarta loqui persona laboret (192), quia quarta semper muta. at latini
scriptores complures personas in fabulas introduxerunt, ut speciosiores
frequentia facerent.

XII S a t y r i c a est apud Graecos fabula in qua item tragici poetae non
heroas aut reges sed satyros induxerunt ludendi causa iocandique, simul
ut spectator inter res tragicas seriasque satyrorum iocis et lusibus de-
lectaretur, ut Horatius sensit his versibus *(a. p. 220—224).*

XIII M i m u s est sermonis cuiuslibet ⟨et⟩ motus sine reverentia vel facto-
rum ⟨et honestorum⟩ et turpium cum lascivia imitatio, a Graecis ita de-

---

202 minicis *BM* acta *B,* ac *M* 203 daturine *B* est scaurum *A,* est isairum *M* 204 *inepta compilatoris verba* 205 a praetextata 206 horestem 207 actius 210 itogatas *A,* intogatas *BM* 211 lafranius *M,* uel afranius *A,* afranius *B* g. quintius *AM,* quintilis *B* 213 ineatyrica 214 autolicus busiridis 216 dyan 218 *cf. Varro de l. l. 6, 55* 220 *scil. et faciendi et fandi* 221 chorum *AB,* choru *M* 223 muta at *A*: mutat *BM* latinis *AM* 224 introduxerint *BM* spaciosiores *A,* spatiosiores *BM* 226 *de satyris capitulum fere repetit Mar. Vict. 82, post Horati verba addens* quod genus nostri in Atellanis habent *(cf. c. X 5. 9)* satyricae 227 iocundique 228 expectator (-ur *B*) *BM* satyrorumque 230 sene *B,* sine *A*[1] 231 *supplementum graecis assimilavit Rabbow*

finitus: *μῖμός ἐστιν μίμησις βίου τά τε συγκεχωρημένα καὶ ἀσυγχώ-*
ρητα περιέχων. mimus dictus *παρὰ τὸ μιμεῖσθαι,* quasi solus imi- 2
tetur, cum et alia poemata idem faciant. sed solus quasi privilegio
quodam quod fuit commune possedit, similiter atque is qui versum facit
dictus *ποιητής,* cum et artifices cum aeque quid faciant non dicantur
poetae.

M e m b r a   c o m o e d i a r u m sunt tria: diverbium canticum chorus. XIV
membra comoediae diversa sunt, definito tamen numero continentur a
quinque usque ad decem. diverbia sunt partes comoediarum in quis 2
diversorum personae versantur; personae autem diverbiorum aut duae
aut tres aut raro quattuor esse debent, ultra augere numerum non licet.
in canticis autem una tantum debet esse persona aut, si duae fuerint, 3
ita esse debent ut ex occulto una audiat nec conloquatur, sed secum, si
opus fuerit, verba faciat. in choris vero numerus personarum definitus 4
non est, quippe iunctim omnes loqui debent quasi voce confusa et con-
centu in unam personam reformantes. latinae igitur comoediae chorum
non habent, sed duobus membris tantum constant, diverbio et cantico.
primis autem temporibus, sicuti adserit Tranquillus, omnia quae in scaena 5
versantur in comoedia agebantur. nam et pantomimus et pythaules et
choraules in comoedia canebant. sed quia non poterant omnia simul
apud omnes artifices pariter excellere, siqui erant inter actores comoedia-
rum pro facultate et arte potiores, principatum ⟨sui⟩ sibi artificii vindi-
cabant. sic factum est ⟨ut⟩, nolentibus cedere mimis in artificio suo
ceteris, separatio fieret reliquorum. nam dum potiores inferioribus qui in
communi ergasterio erant servire dedignantur, se ipsos a comoedia se-
paraverunt, ac sic factum est ut exemplo semel sumpto usus quisque
artis suae rem exequi coeperit neque in comoediam venire. cuius rei
indicia produnt nobis antiquae comoediae, in quibus invenimus 'acta
tibiis paribus aut imparibus aut sarranis'. quando enim chorus canebat,
choricis tibiis id est choraulicis artifex concinebat, in cantico autem
pythaulicis responsabat. sed quod 'paribus tibiis vel imparibus' inveni-
mus scriptum, hoc significat quod, siquando monodio agebat, unam tibiam
inflabat, siquando synodio, utrasque.

---

232 mimus *AB* 233 mumus *A* 234 eum et 236 petes faciunt *AB* 238 tres 239 *interposuit sententiam ad μέρη i. e. actus spectantem, cf. act. soc. Gott. nov. ser. I 7, 112* 240 quibus *B* 241 *fort.* diversae actorum personae 243 tantum *B*: tamen *AM* 247 se formantes *Reifferscheid* 250 pytaules 254 remimis *M*, se mimis *A*, eximiis *Rabbow* 255 dum *om. BM* 255. 56 in omni 256 ergesterio *B* 257 extemplo *AM* unusquisque ς 258 coepit 260 saranis *A* 261 cholaulicis 264 utrisque *B*, utriusque *AM*

XII. ⟨EVANTHIVS DE FABVLA HOC EST DE COMOEDIA.⟩

I Initium tragoediae et comoediae a rebus diuinis est incoha-
2 tum, quibus pro fructibus uota soluentes operabantur antiqui. namque
incensis iam altaribus et admoto hirco id genus carminis quod sacer chorus
reddebat Libero patri tragoedia dicebatur uel *ἀπὸ τοῦ τράγου καὶ*
τῆς ᾠδῆς hoc est ab hirco hoste uinearum et a cantilena (cuius ipsius
rei etiam apud Virgilium plena fit mentio), uel quod hirco donabatur
eius carminis poeta uel quod uter eius musti plenus sollemne praemium
cantatoribus fuerat, uel quod ora sua faecibus perlinebant scaenici ante
usum personarum ab Aeschylo repertum; faeces enim Graece dicuntur
3 *τρύγες*. et his quidem causis tragoediae nomen inuentum est. at
uero nondum coactis in urbem Atheniensibus, cum Apollini Nomio vel
Ἀγυαίῳ id est pastorum uicorumue praesidi deo instructis aris in hono-
rem diuinae rei circum Atticae uicos uillas pagos et compita festivum
carmen sollemniter cantaretur, *ἀπὸ τῶν κωμῶν καὶ τῆς ᾠδῆς* comoedia
uocitata est, ut opinor, a pagis et cantilena composito nomine, uel *ἀπὸ*
τοῦ κωμάζειν καὶ ᾄδειν, quod est comessatum ire cantantes; quod ap-
potis sollemni die uel amatorie lasciuientibus [choris comicis] non absur-
4 dum est. itaque, ut rerum ita etiam temporum reperto ordine, tra-
goedia primum prolata esse cognoscitur. nam ut ab incultu ac feris
moribus paulatim peruentum est ad mansuetudinem urbesque sunt con-
ditae et uita mitior atque otiosa processit, ita res tragicae longe ante
5 comicas inuentae. quamuis igitur retro prisca uoluentibus reperiatur
Thespis tragoediae primus inuentor et comoediae ueteris pater Eupolis
cum Cratino Aristophaneque esse credatur, Homerus tamen, qui fere

---

recensuimus secundum codices A (Parisinum 7920 A s. XI) C (Oxoniensem Bodl. 95 s. XV) V (Vaticanum 1496 s. XV) quorum lectionem liberaliter commodavit Wessnerus Rufinus p. 554 K. huius tractatus verba (v. 71 6, 9 sq.) adferens titulum ponit: Euanthius in commentario Terentii de fabula hoc est de comoedia 4. 5 *graeca om. C*[1], ΚΑΙ . ΤΗϹ ΟΔΗϹ. *(sic A) om. V* 5 est *om. A* 6 plenam *A* *georg. 2, 380 (Diom. v. 132)* 8 cantoribus *V* signici *A* 9. 10 dicuntur triges *A*: iles dicuntur *V*, dicuntur *C* 11 uera *A* atheni-rasibus *A* uel ΑΓΥΑΘΩ *A, om. CV* 12 uicinorumue (-que *V*) *CV*, uicinorum *A* praesidi *om. A* constructis *CV* 13 uices *A* festiuium *A*, festum *CV* 14 cantaret *C*, cantarent *V* i (id est ϛ) *et rasura in CV omissis verbis ἀπὸ τῶν usque ad ᾄδειν* ΤΗϹΩΑe *A* 15 composcit *A* 16 uel ulω. *τοῦ*; ΚΩΜΑΖΕΙΝ. ΚΑΙΝΑΕΙΝ. *A* 16 a poetis *A*, a potis (*ras. sup.* o *C*) *CV* 19 priorum *A*, *om. CV* ab *om. A* in cultua conferes *A* 20 perventum : prolatum *A (cf. 19)* 21 et *om. CV* tragicie *A* 22 uolentibus *A* 23 thesphis *A* 24 gratino aristosaneque *A*

omnis poeticae largissimus fons est, etiam his carminibus exempla praebuit et uelut quandam suorum operum legem praescripsit: qui Iliadem ad instar tragoediae, Odyssiam ad imaginem comoediae fecisse monstratur. nam post illius tale tantumque documentum ab ingeniosissimis imitatoribus et digesta sunt in ordinem et diuisa cuncta quae etiam tum temere scribebantur, adhuc impolita atque in ipsis rudimentis hautquaquam ut
postea facta sunt decora atque leuia. postquam demonstrandae originis 6
causa de utriusque generis initio diximus, quod necesse est iam dicamus, adeo ut ea quae proprie de tragoedia dicenda sunt titulo propositi nunc operis instantes in alia tempora differamus et de his fabulis iam loquamur quas Terentius imitatus est.

Comoedia fere uetus ut ipsa quoque olim tragoedia simplex II
carmen, quemadmodum iam diximus, fuit, quod chorus circa aras fumantes nunc spatiatus nunc consistens nunc reuoluens gyros cum tibi-
cine concinebat. sed primo una persona est subducta cantoribus, 2
quae respondens alternis [id est] choro locupletauit uariauitque rem musicam: tum altera, tum tertia, et ad postremum crescente numero per auctores diuersos personae pallae cothurni socci et ceteri ornatus atque insignia scaenicorum reperta, et ad hoc unicuique suus habitus; et ad ultimum qui primarum partium, secundarum [partium] tertiarumque, qui quarti loci atque quintarum actores essent distributum et diuisa
quinquepartito actu est tota fabula. quae tamen in ipsis ortus sui 3
uelut quibusdam incunabulis et uixdum incipiens ἀρχαία κωμῳδία et ἐπ᾽ ὀνόματος dicta est: ἀρχαία idcirco quia nobis pro nuper cognitis uetus est, ἐπ᾽ ὀνόματος autem quia inest in ea uelut historica fides uerae narrationis et denominatio ciuium, de quibus libere describebatur.
etenim per priscos poetas non ut nunc ficta penitus argumenta sed res 4

---

26 quadam *AV*, quaedam *C* suam *A* lege perscripsit *CV* idiadem *A* 27 ad *prius om. CV* 29 cuncta: sunt ea (sunt *om. V etiam alias interpolatus)* 31 lenia postquam — dicamus *tradita post* imitatus est 33. 34 propositi (praep. *ante corr. C*) operisue instantis *CV* 36 fer *A* 38 spaciatur *A* 39 subducta est *CV* cantatoribus *C* 40 *fuisse* ἀμοιβαίως id est alternis *coniecit Schopen* uariantque *A* 42 actores *AV*² conturni *A* 43 scenicet *A* repetita *AC* 44 *hic posuisse videtur* ad ultimum *vel* ad postremum crescente numero, *eadem v. 41 non posuisse* ⟨qui⟩ secundarum *vulgo* 45 quinti *Reifferscheid* 45 auctores *A* distributa *CV* 46 quinquepartita *CV* actum *A*, acta *V*¹*C*², *om. C*¹*V*² 47 in quibusdam cunabulis *A* uix dicem *C*, uix digne *V* 47. 48 ΑΡΧΜΑ ΚΩΜΩΙΔΙΑ ΕΤ ΕΡΟΝΟΜΑΤΟϹ· *A, om. in lac. CV* 48 archea idcirca *A*¹ per nuper *CV*², parumper *V*¹ 49 uitiis, *corr. Dziatzko* est *om. CV* Eronomatos autem *A*, *post rasuram* aut *CV* uelu *A* 50 ciuium *A*: omnium *CV* 51 non ut non penitus (pen. non *V*) ficta *CV*

gestae a ciuibus palam cum eorum saepe qui gesserant nomine de-
cantabantur; idque ipsum suo tempore moribus multum profuit ciuitatis,
cum unusquisque caueret culpam, ne spectaculo ceteris extitisset et do-
mestico probro. sed cum poetae licentius abuti stilo et passim laedere
ex libidine coepissent plures bonos, ne quisquam in alterum carmen in-
5 fame componeret lata lege siluere. et hinc deinde aliud genus fabulae
id est satyra sumpsit exordium, quae a satyris, quos in iocis semper ac
petulantiis deos scimus esse, uocitata est: etsi ⟨alii ductum⟩ aliunde
nomen praue putant. haec satyra igitur eiusmodi fuit, ut in ea quamuis
duro et uelut agresti ioco de uitiis ciuium tamen sine ullo proprii no-
minis titulo carmen esset. quod item genus comoediae multis offuit
poetis, cum in suspicionem potentibus ciuium uenissent, illorum facta
descripsisse in peius ac deformasse genus stilo carminis. quod primus
Lucilius nouo conscripsit modo, ut poesin inde fecisset, id est unius car-
6 minis plurimos libros. hoc igitur quod supra diximus malo coacti
omittere satyram aliud genus carminis νέαν κωμωιδίαν, hoc est
nouam comoediam, repperere poetae, quae argumento communi magis et
generaliter ad omnes homines qui mediocribus fortunis agunt pertineret
et minus amaritudinis spectatoribus et eadem opera multum delectationis
afferret, concinna argumento, consuetudini congrua, utilis sententiis, grata
7 salibus, apta metro. ut igitur superiores illae suis quaeque celebrantur
auctoribus, ita haec νέα κωμωιδία cum multorum ante ac postea tum
praecipue Menandri Terentique est. de qua cum multa dicenda
sint, sat erit tamen uelut admonendi lectoris causa quod de arte comica
in ueterum cartis retinetur exponere.

III Comoedia uetus ab initio chorus fuit paulatimque personarum
numero in quinque actus processit; ita paulatim uelut attrito atque ex-
tenuato choro ad nouam comoediam sic peruenit, ut in ea non modo
non inducatur chorus sed ne locus quidem ullus iam relinquatur choro.

---

53 id quod ipsa *CV* ciuitatibus *ACV*[1] 54 extitisset *cf. v. 65* fecisset 56 ne quam *A* crimen 56. 57 infami(a)e poneret *CV* 57 lata lege siluere *cf. Horati art. p. 283* 58. 60 satira *et* satiris *C*, 67 satiram *AC* 58 locis *CV*, uocis *A* 59 petulantes 60 igitur *A*: dicitur *CV* 61 ioco *A*: modo *CV* 62 multus *A* 63 ciuibus *CV* 64 rescripsisse *CV* primo *CV* 67 *graeca om. in lac. CV* 68 reperiere *expuncta* i *C*, reperirentur *A* 69 qui *om. CV*[1] pertinetur *A* 70 inultu *A* dilectionis *CV* 71 sententius *A* 72 igitur *A*: dicitur *CV* celebrabantur *CV* 73 neAN ΚΩΜΩΙΑΙΑ *A*, *om. in lac. CV* hac 76 in *om. CV* carnis *A* retinentur *A*, rimentur *C*, continetur *in ras. V*[2] 77—78 personarum — paulatim *om. A* 78 atrito *A* 80 iocus *A*

nam postquam otioso tempore fastidiosior spectator effectus est et tum
cum ad cantores ab actoribus fabula transiebat consurgere et abire
coepit, res admonuit poetas ut primo quidem choros tollerent locum eis
relinquentes, ut Menander fecit hac de causa, non ut alii existimant
alia; postremo ne locum quidem reliquerunt, quod latini fecerunt comici,
unde apud illos dirimere actus quinquepartitos difficile est. tum etiam 2
Graeci prologos non habent more nostrorum, quos Latini habent.
deinde *ϑεοὺς ἀπὸ μηχανῆς*, id est deos argumentis narrandis machina-
tos, ceteri Latini ad instar Graecorum habent, Terentius non habet. ad
hoc *προτατικὰ πρόσωπα*, id est personas extra argumentum accersitas,
non facile ceteri habent; quibus Terentius saepe utitur, ut per harum
inductiones facile pateat argumentum. ueteres etsi ipsi quoque in 3
metris neglegentius egerunt, iambici uersus dumtaxat in secundo et
quarto loco, tamen a Terentio uincuntur resolutione huius metri quantum
potest comminuti ad imaginem prosae orationis. tum personarum 4
leges circa habitum, aetatem, officium, partes agendi nemo diligentius
Terentio custodiuit. quin etiam solus ausus est, cum in fictis argumentis
fidem ueritatis assequeretur, etiam contra praescripta comica meretrices
interdum non malas introducere; quibus tamen et causa cur bonae sint
et uoluptas per ipsum non defit. haec cum artificiosissima Terentius 5
fecerit, tum illud est admirandum quod et morem retinuit, ut comoe-
diam scriberet, et temperauit affectum, ne in tragoediam transiliret;
quod cum aliis rebus minime obtentum et a Plauto et ab Afranio et
appio et multis fere magnis comicis inuenimus. illud quoque inter Te-
rentianas uirtutes mirabile, quod eius fabulae eo sunt temperamento, ut
neque extumescant ad tragicam celsitudinem neque abiciantur ad mimi-
cam uilitatem. adde quod nihil abstrusum ab eo ponitur aut quod 6

---

81 otioso tempore *cf. Hor. A. P. 208—224 (Rabbow)* est et : esset *C*, est *V*, et *A* 81. 82 tunc cum ad actores *CV* 82 transibat *C* adire *CV* 83 coepisset admonuit tollerent *om. CV* eius 84 haec *A* 85 aliam postremo *C*, alii in proscaenio (r *sup. scr.*) *in ras.* V^2 relinquerunt *A* 86 cum 87 *verba non integra, de sententia dixi quaest. Plaut. 204* 88 ΑΝΟ *A*; *graeca om. in lac. CV* 90 protastica prosopa (prosapa *C*) *AC*, *προταστικὰς πρόσωπασ V (m. 2?)* 93 egerunt *A*: *om.* C^1, usi sunt C^2, *in ras.* V^2 95 cominuti *A* *de § 4—9 cf. Rabbow de Donati comm. 315 sq.* 96 habitu *A* 97 aterentio *A*, *cf. Woelfflin arch. 7, 125 sq.*

98 praescriptura *A*, proscripta *C* 99 intro producere CV^1 et causa (-am *A*) *ante* non *v. 100 legitur* 100 ipsum *scil. quod bonae sunt* desit artificiosissime *V*, tificiosissima *A* 101 illis *AC* 103 quod ς: quam *A*, quia *CV* munirie *A* affranio *CV* 104 apio *C*, actio V^2, a Pomponio *Dziatzko* magnus *A* inueniemus *CV* 105 mirabiles *A* temperamentu (-o *corr.*) extuam escant *A* 106 mimmicam *V*, minicam (*in marg.* .i. hystrionicam inde mimus .i. hystrio) *C* 107 uilitatem *om. CV* aut quod: ạḅ aut *A*

ab historicis requirendum sit, quod saepius Plautus facit, et eo est ob-
7 scurior multis locis. adde quod argumenti ac stili ita attente memor
est, ut nusquam non aut cauerit aut curauerit quae obesse potuerunt,
quodque media primis atque postremis ita nexuit, ut nihil additum alteri
sed aptum [et] ex se totum et uno corpore uideatur esse compositum.
8 illud quoque mirabile in eo, primo quod non ita miscet quatuor per-
sonas ut obscura sit earum distinctio, et item quod nihil ad populum
facit actorem uelut extra comoediam loqui; quod uitium Plauti frequen-
9 tissimum. illud etiam inter cetera eius laude dignum uidetur, quod
locupletiora argumenta ex duplicibus negotiis delegerit ad scriben-
dum; nam excepta Hecyra, in qua unius Pamphili amor est, ceterae
quinque binos adulescentes habent.

IV Illud uero tenendum est, post *νέαν κωμῳδίαν* Latinos multa
fabularum genera protulisse, ut togatas ab scaenicis atque argu-
mentis latinis, praetextatas a dignitate personarum tragicarum ex latina
historia, Attellanas a ciuitate Campaniae, ubi actitatae sunt primae, Rin-
thonicas ab auctoris nomine, tabernarias ab humilitate argumenti ac stili,
mimos ab diuturna imitatione uilium rerum ac leuium personarum.
2 inter tragoediam autem et comoediam cum multa tum inprimis
hoc distat, quod in comoedia mediocres fortunae hominum, parui impetus
periculorum laetique sunt exitus actionum, at in tragoedia omnia contra,
ingentes personae, magni timores, exitus funesti habentur; et illic prima
turbulenta tranquilla ultima, in tragoedia contrario ordine res aguntur;
tum quod in tragoedia fugienda uita, in comoedia capessenda exprimitur;
postremo quod omnis comoedia de fictis est argumentis, tragoedia saepe
3 de historica fide petitur. latinae fabulae primo a Liuio Andro-
nico scriptae sunt, adeo cuncta re etiam tum recenti ut idem poeta et
4 actor suarum fabularum fuisset. comoediae autem motoriae sunt aut
statariae aut mixtae: motoriae turbulentae, statariae quietiores, mixtae

---

109 lotis 110 non aut *om. CV* 111 quodque *A*: tum quod *CV* noxuit *A* aditum *AC*[1] *cf. Cic. de or. 2, 325 (Rabbow)* 113. 4 personas quatuor *CV* 115 auctorem *A* ex tragoedia (tragedie *C*) 116 digna 118 echira *V*, echirra *C*, exchyra *A* in qua scribit pamphili amorem ceterae *CV* 120 nean comeΔIAN· *A*, ne aetomo g (ne etomo *V*) *sequente rasura CV* 121 ut *A*: et ut *CV* a *VC*[2], *cf. v. 218* 122 a (ad *C*) dignitatem ex *A*: et *CV* 123 attelanas *V*, actellanas *C, cf. v. 185. 198* plurimae 124 actoris tili *A* 125 minimos *A* 126 cum *A*: hoc est cum *C*, hoc interest cum *V* tum *A*: tamen *CV* 127 impet *A* 128 pericula *AV*, periclam *C*, *corr. Dziatzko* 130 contraria *A* arguntur *A* 131 uitia *V*[1], uicia *C* capescenda *AC* 134 ad cunctas res etiam tum recentius idem *CV*, adeo ut ad has res etiam tum recentes idem *A* 135 fabularum suarum *CV* 136 stratariae aut *A* quiexiores *A*

ex utroque actu consistentes. comoedia per quatuor partes diuiditur, 5
prologum protasin epitasin catastrophen: est prologus uelut praefatio
quaedam fabulae (in quo solo licet praeter argumentum aliquid ad po-
pulum uel ex poetae uel ex ipsius fabulae uel actoris commodo loqui),
protasis primus actus initiumque est dramatis, epitasis incrementum pro-
cessusque turbarum ac totius ut ita dixerim nodus erroris, catastrophe
conuersio rerum est ad iucundos exitus patefacta cunctis cognitione
gestorum.

DE COMOEDIA.

Comoedia est fabula diuersa instituta continens affectuum ciuilium V
ac priuatorum, quibus discitur quid sit in uita utile, quid contra euitan-
dum. hanc Graeci sic definiuerunt: κωμῳδία ἐστὶν ⟨ἰδιωτικῶν⟩ πραγ-
μάτων περιοχὴ ἀκίνδυνος. comoediam esse Cicero ait imitationem
uitae, speculum consuetudinis, imaginem ueritatis. comoediae autem a 2
more antiquo dictae, quia in uicis huiusmodi carmina initio agebantur
apud Graecos (ut in Italia compitaliciis ludicris), admixto pronuntiationis
modulo, quo dum actus commutantur populus attinebatur: ἀπὸ τῆς κώ-
μης, hoc est ab actu uitae hominum qui in uicis habitant ob mediocri-
tatem fortunarum, non in aulis regiis, ut sunt personae tragicae. co- 3
moedia autem, quia poema sub imitatione uitae atque morum
similitudine compositum est, in gestu et pronuntiatione consistit. comoe- 4
diam apud Graecos dubium est quis primus inuenerit, apud Romanos
certum: et comoediam et tragoediam et togatam primus Liuius Andronicus
repperit. aitque esse comoediam cotidianae uitae speculum, nec 5
iniuria; nam ut intenti speculo ueritatis liniamenta facile per imaginem
colligimus, ita lectione comoediae imitationem uitae consuetudinisque non
aegerrime animaduertimus. huius autem originis ratio ab exteris 6

137 utruque *A* 138 katastrophem *V*, et tastrophen *C*^{1}, trophen *A* 140 poeta *A* fabula *A* 141 est *om. CV* 141 procesusque *A* 142 modus 143 iundos *A* *titulum om. CV* 145 constituta *CV* 147 diffiniuer̄ *A*, diffiniere *V*, diffinire *C* 147. 48 comodia est in ΠΗΡΙΟΧΗ Α ΚΙΝΑΙΝΟC *A*, comoedia est .g. (.g. *om. V, cf. v. 120*) *sequente ras. CV*; *καὶ πολιτικῶν addi solet, cf. Diom. v. 141* 149 spectaculum *CV*^{1} imaginem *om. ACV*^{1} a *om. CV* 151 compitalicis *AC* 152 comutantur *A* ΑΠѠΤΗCΚѠΜΗC *A*, ait .g. *sequente ras. C, litterae erasae V* 153 habitent *A*, habitabant *V* 155 qui *A* imitationem *A* morum *om. CV* 156 similitudinem *AC* est *om. CV* gesti *A* 158 trogatam *A* 159 aitque *scil. Cicero (cf. Scheidemantel quaest. Euanth. 16). cohaerent § 1* (comoediam — ueritatis) *3. 5, item § 1* (comoedia — *ἀκίνδυνος*) *2. 4. 6, sed ut adiectis et aliis et de Livio verbis (4) adaptata sint a graeco auctore sumpta (6* exteris)

ciuitatibus moribusque prouenit. Athenienses namque Atticam custodientes
elegantiam cum uellent male uiuentes notare, in uicos et compita ex
omnibus locis laeti alacresque ueniebant ibique cum nominibus singulo-
rum uitia publicabant; unde nomen compositum, ut comoedia uocaretur.
7 haec autem carmina in pratis mollibus primum agebantur. nec de-
erant praemia quibus ad scribendum doctorum prouocarentur ingenia, sed
et actoribus munera offerebantur, quo libentius iucundo uocis flexu ad
dulcedinem commendationis uterentur: caper namque pro dono his da-
batur, quia animal uitibus noxium habebatur; a quo etiam tragoediae
nomen exortum est. nonnulli autem ex amurca, olei faece, quae est
8 umor aquatilis, tragoediam dici uocarique maluerunt. qui lusus cum
per artifices in honorem Liberi patris agerentur, etiam ipsi comoedia-
rum tragoediarumque scriptores huius dei velut praesens numen colere
uenerarique coeperunt. cuius rei probabilis ratio extitit. ita enim car-
mina incohata proferebantur, ut per ea laudes eius et facta gloriosa cele-
9 brari proferrique constaret. tum paulatim fama huius artis increbruit.
Thespis autem primus haec scripta in omnium notitiam protulit, postea
Aeschylus secutus prioris exemplum locupletavit; de quibus ita Horatius
in arte poetica loquitur *(275—288)*.

VI Fabula generale nomen est: eius duae primae partes tragoedia et
comoedia. ⟨tragoedia,⟩ si Latina argumentatio sit, praetexta dicitur. co-
moedia autem multas species habet; aut enim palliata est aut togata
aut tabernaria aut Attellana aut mimus aut Rinthonica aut planipedia.
2 planipedia autem dicta ob humilitatem argumenti eius ac uilitatem
actorum, qui non coturno aut socco nituntur in scaena aut pulpito sed
plano pede; uel ideo quod non ea negotia continet, quae personarum in
turribus aut in cenaculis habitantium sunt sed in plano atque in humili
3 loco. personati primi egisse dicuntur comoediam Cincius [et] Fa-

163 prouenit (pro *in ras.* V^2) *AV*: peruenit *C* atheniens *A* 164 ex AV^2: et CV^1 167 mollibus in pratis *Verg. georg. 2, 384* 168 provocarentur doctorum CV^1 170 caper nam A^1, nam caper A^2 170 dabitur *A* 171 tragoediae — etiam (*174*) *om. A* 172 ortum VC^2, et ortum C^1 *cf. Varro rer. rust. 1, 64, 1* 175 tragoediarum *A*, et tragoediarum *V* diei ACV^1 nomen CV^1 176 itaque carmina CV^1 177 et AV^2: sed et CV^1 178 praeferrique *A* 179 pertulit *A* 180 echilus sequitur *A* publicauit; *cf. v. 40*; amplificauit *Scheidemantel quaest. Euanth. 15* 182 traguedia *A* 183 praetextata V^2 185 atellana *C* rinthorica *A* 186 nobilitatem *CV* utilitatem *CV* 187 utuntur CV^2 in scaena culis habitantium *omissis quae intercedunt A* 189 habitantium *in ras.* (*ex* -taculis?) *et* sunt *om. A*, *quae aliam enuntiationis speciem indicant* 190 personatim *A* egesse *A* cineius *C*, cyneius *V* falicius *A*

liscus, tragoediam Minucius [et] Prothymus. omnium autem comoedia- 4
rum inscripta ex quatuor rebus omnino sumuntur, nomine loco facto euentu: nomine, ut Phormio Hecyra Curculio Epidicus; loco, ut Andria Leucadia Brundisina; facto, ut Eunuchus Asinaria Captiui; euentu, ⟨ut⟩
Commorientes Crimen Heautontimorumenos. comoediarum formae 5
sunt tres: palliatae Graecum habitum referentes; togatae iuxta formam personarum habitum togarum desiderantes, quas nonnulli tabernarias uocant; Attellanae salibus et iocis compositae, quae in se non habent nisi uetustatum elegantias.

Comoedia autem diuiditur in quatuor partes: prologum *πρότασιν* VII
ἐπίτασιν καταστροφήν. prologus est prima dictio, a Graecis dicta 2
πρῶτος λόγος, uel antecedens ueram fabulae compositionem elocutio. eius species sunt quatuor: *συστατικός,* commendaticius, quo poeta uel fabula commendatur; *ἐπιτιμητικός,* relatiuus, quo aut aduersario maledictum aut populo gratiae referuntur; *δραματικός,* argumentatiuus, exponens fabulae argumentum; *μικτός,* mixtus, omnia haec in se continens. inter prologum et prologium quidam hoc interesse uoluerunt, 3
quod prologus est ubi aut poeta excusatur aut fabula commendatur, prologium autem est cum tantum de argumento dicitur. *πρότασις* 4
est primus actus fabulae, quo pars argumenti explicatur, pars reticetur ad populi expectationem tenendam, *ἐπίτασις* inuolutio argumenti, cuius elegantia conectitur, *καταστροφή* explicatio fabulae, per quam euentus eius approbatur.

---

191 prothimus *A*, protimius *V*, prothintus *C* 192 scripta summuntur *CV* 193 formio haec ira *A*; *de Hecyra dubitatur* gurgulio *AV*, curgulio *C* 194 brundiafinia A^1, brundifinia A^2, brundusina C^1, brundusinia C^2, brundusia *V*; *cf. de Afrani fabulae titulo Ribbeckius com.*² *p. 167* 195 hęautontumorumenos *A*, eautontumerumenos (eut. *C*) *CV* 196 habitum referentes *A*: habentes habitum *CV* 197 ut (et C^1) *ante* habitum *CV* quas n. t. vocant *post* referentes; *cf. Diom. c. X 2* 198 saltibus *AC* 199 *fort.* uetustas dictorum 200 prologam *A*, in prologum *CV* 201 kacastrosen *A* (epit. *et* prot. *hic latine, infra graece exarata A, latine utrubique CV)* dictio prima *CV* 202 ΑΟΓΟC *A*; *pro graecis* .g. *cum ras. C* id — elocutio *om. A* uel *Rabbow*: ut *C, om. V* elocutio .g. *sequente ras. C;* elocutio, ⟨*ὁ πρὸ τοῦ δράματος λόγος*⟩ *Rabbow. cf. quaest. Plaut. 212* 203 quatuor sunt *CV* CYNTATIROC. *A*, cynταxοσ *V*, Cintakon *C* commendatius *AC*, commentatitius *V* qua CV^1 204 ΕΠΙΤΙΝΗΤΙΚΟC. Relatus *A*, et .g. *(ras.)* sic latus *C*, relatus *cum ras. V*; *cf. quaest. Plaut. 214* 205 ΔΡΑΜΑΤΙROC *A*, *erasa* (.g. *C*) *CV* 206 argumenta *CV* MIRTOC. *A*, *erasa* (.g. *C*) *CV* 207 inter *CV*: item *A* soluerunt A 209 diducitur *AC*, deducitur *V* 210 reticetur V^2 *in ras.*, recicetur *A*, recitatur *C* 211 *fort.* qua eius, *cf. quaest. Plaut. 211* 212 katastrosę *A*

VIII In plerisque fabulis priora ponebantur ipsarum n o m i n a quam poetarum, in nonnullis poetarum quam fabularum; cuius moris diuersitatem antiquitas probat. nam cum primum aliqui fabulas ederent, ipsarum nomina pronuntiabantur antequam poetae pronuntiaretur, ne aliqua inuidia ab scribendo deterreri posset; cum autem per editionem multarum poetae iam esset auctoritas adquisita, rursus priora nomina poetarum proferebantur, ut per ipsorum uocabula fabulis attentio adquireretur.

2 actas diuersis l u d i s manifestum est inscribi. nam sunt ludorum species quatuor, quos aediles curules munere publico curant: Megalenses, magnis dis consecrati, quos Graeci μεγάλους appellant; funebres, ad attinendum populum instituti, dum pompa funeri decreta in honorem patricii uiri plene instruitur; plebei, qui pro salute plebis eduntur; Apollinares, Apollini consecrati.

3 in s c a e n a duae arae poni solebant, dextera Liberi, sinistra eius dei cui ludi fiebant, unde Terentius in Andria *(726)* ait *ex ara sume hinc verbenas tibi.*

4 Vlixen p i l l e a t u m semper inducunt, siue quod aliquando insaniam simulauit, quo tempore tectum se esse uoluit, ne agnitus cogeretur in bella prodire, seu ob singularem sapientiam, qua tectus munitusque plurimum sociis profuit (huius enim virtus erat animi semper decipientis ingenium); nonnulli Ithacae incolas sicut Locros pilleatos fuisse commemorant.

5 Achillis sicut Neoptolomi personae d i a d e m a t a habent, quamuis numquam regalia sceptra tenuerunt; cuius argumenti probatio talis inducitur, quod numquam cum reliqua Graeciae iuuentute ad gerenda cum Troianis bella sacramenta coniurationis inierunt nec umquam sub Agamemnonis imperio fuerunt.

6 comicis senibus candidus u e s t i t u s inducitur, quod is antiquissimus fuisse memoratur; adulescentibus discolor attribuitur. serui comici amictu exiguo teguntur paupertatis antiquae gratia uel quo expeditiores agant. parasiti cum intortis palliis ueniunt. laeto uestitus candidus, aerumnoso obsoletus, purpureus diuiti, pauperi foenicius datur. militi clamis pur-

214 im *A* 215 modis *A* 216 ipsa *A* 217 poetae *A*, *in ras.* *V*[2]: fabula *C* 218 a *CV* 220 fabulis *om.* *CV*[1] attenta *A* *ante corr.* 221 actos *CV*[1] inscribis *A* 222 quod ediles cui ules *A* numere *post ras.* *A* 223 ΜΕΠΟΥϹΙΟΥϹ· *A*, *erasa (addito* .g. *C)* *CV* actenendum *C*, detinendum *V* 224 patri iuri *A* 225. 26 plebei — consecrati *om.* *CV*[1] appollinares apollini consecreti *A* 227 diei *A* cuius *CV* 228 ex ara hinc sume (summe *V*) uerbenas ubi *CV*, exami sume hinc ubi *A* semper palliatum *CV* 231 sociis: secus *A* 232 uirtutis 233 pilleatus *A*, palliatos *CV* sicut: si *A*, sed et *C*, siue *in ras.* *V*[2] 234 persona *AC*[2] sceptra *C*, septia *A* 236 iuuentutem *A* 237 iniere *CV* (inier̄ *A*) 239 narratur *CV* 240 integuntur *CV* 241 cum in intorcis *A* 242 fenetius *C*, renetus *V* multici *A* purpurea (ea *in ras.* *2 m.* *V*, -ea est *C*) *om.* *A*

purea, puellae habitus peregrinus inducitur. leno pallio colore uario
utitur, meretrici ob avaritiam luteum datur. syrmata dicta sunt 7
ab eo quod trahuntur, quae res ab Ionica luxuria instituta est; eadem
in luctuosis personis incuriam sui per neglegentiam significant. aulaea 8
quoque in scaena intexta sternuntur, quod pictus ornatus ex Attalica
regia Romam usque perlatus est. pro quibus siparia aetas posterior ac-
cepit; est autem mimicum uelum, quod populo obsistit dum fabularum
actus commutantur. diuerbia histriones pronuntiabant; cantica 9
uero temperabantur modis non a poeta sed a perito artis musicae factis.
neque enim omnia isdem modis in uno cantico agebantur, sed saepe
mutatis, ut significant qui tres numeros in comoediis ponunt, qui [tres]
continent 'mutatis modis cantici'. eius qui modos faciebat nomen 10
in principio fabulae et prope scriptoris et actoris superponebatur. huius- 11
modi carmina ad tibias fiebant, ut his auditis multi ex populo ante
dicerent quam fabulam acturi scaenici essent quam omnino spectatoribus
ipsius antecedens titulus pronuntiaretur. agebantur autem tibiis paribus
(id est dextris aut sinistris) et imparibus: dextrae autem tibiae sua gra-
uitate seriam comoediae dictionem praenuntiabant, sinistrae [Serranae]
acuminis leuitate iocum in comoedia ostendebant; ubi autem dextra et
sinistra acta fabula inscribebatur, mixtim ioci et grauitates denuntia-
bantur.

---

243 puella *A* 244 ob : bus *A* syrinata *A*, serinata *C* 245 iocinica *A*, scenica CV^1 (ob scenicam V^2) 246 significabant CV^1 247 cena AV^2, scenas *C*, scenis V^1 intexta *A*: in terram *CV* quid *A*, qui *V* atalica *A*, actalia *C* 248 sipatria *C*, suppar V^1, suprema V^2 posteriora *A* 249 est: ea *A* numicum *A*, inimicum C^2, minutum V^1; *Paulus 341* siparium genus ueli mimicum 250 deuerbia *AC*, de umbra *in ras.* V^2 lustriones *A* 251 poetas *A* sed *om. A* 252 sed *om. A* 253 tres notas *Ritschl op. 3, 46* qui tres *A*: quae res *CV* 254 continet *AC* modos AV^2 qui *A*: qui eius modi *CV* faciebat *in ras.* V^2, faciunt *C* 255 et pro *A*, pro *C*, et *V* superponebantur *AC* 256 adeo *ante* carmina *CV* e *V*, et *C* 257 discerent qua omnino *A* 259 et imparibus *post* paribus tibiae : lithae *A* 260 dilectionem *A* pronuntiabant (-at *C*) serrarae *A*, sertane *C* 261 et *om.* CV^1

XIII. E LIBRO GLOSSARVM.

I

1. Comoedia. historia tragoedia.
comoediae. cantica agrestia graece.
2. comoedia est quae res privatorum et humilium personarum comprehendit non tam alto ut tragoedia stilo sed mediocri et dulci.
3. comoedia est quae privatorum hominum continet acta. comoediam autem invenisse Thaliam unam ex Musis poetae finxerunt. dicta autem comoedia sive a loco, quia circum pagos agebatur, quos Graeci comas vocant, sive a comessatione: solebant enim post cibum homines ad eos audiendos venire. 4. sed prior ac vetus comoedia ridicularis extitit. postea civiles vel privatas adgressa materias in dictis atque gestu universorum delicta corripiens in scaenam proferebat, nec vetabantur poetae pessimum quemque describere vel cuiuslibet peccata moresque reprehendere. auctor eius Susarion traditur. 5. sed in fabulas primi eam contulerunt ⟨non⟩ magnas, ita ut non excederent in singulis versus trecenos. 6. postea autem omissa maledicendi libertate privatorum hominum vitam cum hilaritate imitabantur, admonentes quid adpetendum quidve cavendum esset. 7. Romae tragoedias comoediasque primus egit idemque etiam composuit Livius Andronicus duplici toga infulatus. aput Romanos quoque Plautus comoediae choros exemplo Graecorum inseruit.
8. comoedi sunt qui privatorum hominum acta dictis aut gestu canebant atque stupra virginum et amores meretricum in suis fabulis exprimebant.

II

9. Tragoedia est quae res publicas amplissimas et regum historias continet. tragoediam autem a Melpomene Musa asserunt poetae inven-

---

XIII *Edidit haec Usener Mus. Rhen. XXVIII 418 codicibus usus Bernensi (B) Monacensi (M) Sangallensi (G), e quibus pauca enotabo orthographicis omissis*

I 3 *in mg.* ЄSIDOR̄ *B* IS̄ *M om. G 'pro Isidoro Placidus nominandus erat auctor' Usener, Isid. Or. 8, 7* 6 talem *BM* 7 quos *BG*: quas *M* 9 sed — 17 Romae *om. M* 10 privales *G* 12 betabatur *BG* 'nec vetabatur eis' *Isid. 8, 7* describere *Isid:* discrimine *BG* cuilibet *BG*: *corr. Isid.* 13 aorion *BG* 14 non *suppl. Usener* 15 singulos versus (versos *B, pr. G*) tricenos *BG*: *corr. idem* 16 imitabant *BG* 19 infolatus *B*, incolatus *GM*, *cf. v. 32 et Charisius p. 127, 12 Bibaculus* 'duplici, *inquit,* toga involutus' 21—23 *eadem Isid. 18, 46*

II *e codicibus GM, nisi quod § 9. 10. 12 desunt in M*

tam. dicta autem est, ut quidam ferunt, a trago hoc est hirco, quod initio canentibus praemium erat hircus. 10. iam dehinc tragoedia per insequentes poetas multum florem adepta est in choris in canticis et in argumentis fabularum ad veritatis imaginem fictis. 11. tragoedias autem Ennius fere omnes ex graecis transtulit, plurimas ⟨ex⟩ Euripideis, nonnullas Aristarchiis. tragoedias comoediasque primus egit idemque etiam composuit Livius Andronicus duplici toga infulatus. 12. tragoedorum coturni sunt, quos quidam etiam calones appellarunt.

XIV. DE COMOEDIA DORICA.

1. Aristot. Poet. c. 3 p. 1448 a 29 *διὸ καὶ ἀντιποιοῦνται τῆς τε τραγωιδίας καὶ τῆς κωμωιδίας οἱ Δωριεῖς· τῆς μὲν γὰρ κωμωιδίας οἱ Μεγαρεῖς οἵ τε ἐνταῦθα ὡς ἐπὶ τῆς παρ' αὐτοῖς δημοκρατίας γενομένης καὶ οἱ ἐκ Σικελίας (ἐκεῖθεν γὰρ ἦν Ἐπίχαρμος ὁ ποιητὴς πολλῶι πρότερος ὢν Χιωνίδου καὶ Μάγνητος), καὶ τῆς τραγωιδίας ἔνιοι τῶν ἐν Πελοποννήσωι, ποιούμενοι τὰ ὀνόματα σημεῖον· αὐτοὶ μὲν γὰρ κώμας τὰς περιοικίδας καλεῖν φασιν, Ἀθηναῖοι δὲ δήμους, ὡς κωμωιδοὺς οὐκ ἀπὸ τοῦ κωμάζειν λεχθέντας ἀλλὰ τῆι κατὰ κώμας πλάνηι ἀτιμαζομένους ἐκ τοῦ ἄστεως, καὶ τὸ ποιεῖν αὐτοὶ μὲν δρᾶν, Ἀθηναίους δὲ πράττειν προσαγορεύειν.*

2. Athen. XIV 621 d *παρὰ δὲ Λακεδαιμονίοις κωμικῆς παιδιᾶς ἦν τις τρόπος παλαιός, ὥς φησι Σωσίβιος, οὐκ ἄγαν σπουδαῖος, ἅτε δὴ κἀν τούτοις τὸ λιτὸν τῆς Σπάρτης μεταδιωκούσης. ἐμιμεῖτο γάρ τις ἐν εὐτελεῖ τῆι λέξει κλέπτοντάς τινας ὀπώραν ἢ ξενικὸν ἰατρὸν τοιαυτὶ λέγοντα, ὡς Ἄλεξις ἐν Μανδραγοριζομένηι διὰ τούτων παρίστησιν* (II 348 Kock) . . . *ἐκαλοῦντο δ' οἱ μετιόντες τὴν τοιαύτην παιδιὰν παρὰ τοῖς Λάκωσι δικηλισταί, ὡς ἄν τις σκευοποιοὺς εἴπηι καὶ μιμητάς. τοῦ δὲ εἴδους τῶν δικηλιστῶν πολλαὶ κατὰ τόπους εἰσὶ προσηγορίαι. Σικυώνιοι μὲν γὰρ φαλλοφόρους αὐτοὺς καλοῦσιν, ἄλλοι δ' αὐτοκαβδάλους, οἳ δὲ φλύακας, ὡς Ἰταλοί, σοφιστὰς δὲ οἱ πολλοί, Θηβαῖοι δὲ τὰ πολλὰ ἰδίως ὀνομάζειν εἰωθότες ἐθελοντάς* (?) . . . *Σῆμος δ' ὁ Δήλιος ἐν τῶι Περὶ παιάνων 'οἱ*

---

28 *fort.* i. e. canticis 30. 31 plurimas Euripides *et* aristarchus *GM*: *corr. Usener* 31 primus *G*: ennius primus *M* 32 composuit libius *G*: *om. M* infolatus *M* 33 quidam *Isid. 19, 34*: quidem *GM* calones *Isid. l. s.*: colonos *G*

αὐτοκάβδαλοι, φησί, καλούμενοι ἐστεφανωμένοι κιττῶι σχέδην ἐπέραινον ῥήσεις· ὕστερον δὲ ἴαμβοι ὠνομάσθησαν αὐτοί τε καὶ τὰ ποιήματα αὐτῶν. οἱ δὲ *ἰθύφαλλοι*, φησί, καλούμενοι προσωπεῖα μεθυόντων ἔχουσιν καὶ ἐστεφάνωνται, χειρῖδας ἀνθινὰς ἔχοντες· χιτῶσι δὲ χρῶνται μεσολεύκοις καὶ περιέζωνται ταραντῖνον (l. ταραντινίδιον) καλύπτον αὐτοὺς μέχρι τῶν σφυρῶν· σιγῆι δὲ διὰ τοῦ πυλῶνος εἰσελθόντες, ὅταν κατὰ μέσην τὴν ὀρχήστραν γένωνται, ἐπιστρέφουσιν εἰς τὸ θέατρον λέγοντες

ἀνάγετ' εὐρυχωρίαν ποι-
εῖτε τῶι θεῶι· ἐθέλει γὰρ
[ὁ θεὸς] ὀρθὸς ἐσφυδωμένος
διὰ μέσου βαδίζειν.

οἱ δὲ *φαλλοφόροι*, φησίν, προσωπεῖον μὲν οὐ λαμβάνουσιν, προσκόπιον δ' ἐξ ἑρπύλλου περιτιθέμενοι καὶ παιδέρωτος ἐπάνω τούτου ἐπιτίθενται στέφανον δασὺν ἴων καὶ κιττοῦ· καυνάκας τε περιβεβλημένοι παρέρχονται οἳ μὲν ἐκ παρόδου οἳ δὲ κατὰ τὰς μέσας θύρας, βαίνοντες ἐν ῥυθμῶι καὶ λέγοντες

σοί, Βάκχε, τάνδε μοῦσαν ἀγλαΐζομεν,
ἁπλοῦν ῥυθμὸν χέοντες αἰόλωι μέλει,
καινὰν ἀπαρθένευτον, οὔ τι ταῖς πάρος
κεχρημέναν ὠιδαῖσιν, ἀλλ' ἀκήρατον
κατάρχομεν τὸν ὕμνον.

εἶτα προτρέχοντες ἐτώθαζον οὓς δὴ προέλοιντο, στάδην δὲ ἔπραττον ... ὁ δὲ φαλλοφόρος ἰθὺ βαδίζων (ἰθυμβίζων Voelker) καταπασθεὶς αἰθάλωι.

Hesych. δίκηλον· φάσμα, ὄψις, εἴδωλον, μίμημα· ὅθεν καὶ ὁ μιμολόγος παρὰ Λάκωσι δικηλίκτας. Plut. Ages. 21, ubi Callippides tragoedus cum molestus esset, contemptim rex ἀλλ' οὐ σύ γε, inquit, ἐσσὶ Καλλιππίδας ὁ δεικηλίκτας; cf. Weber Quaest. Lacon. p. 32. 45.

Hesych. et Phot. Suid. ἰθύφαλλοι· οἱ ἐπίορκοι (corrupte, οἱ ἔφοροι τοῦ Διονύσου interpol. Suid.) καὶ ἀκολουθοῦντες τῶι φαλλῶι, γυναικείαν ἔχοντες στολήν. λέγεται δὲ ⟨φαλλὸς Phot.⟩ ὁτὲ μὲν τὸ ἐντεταμένον αἰδοῖον, ὁτὲ δὲ τὸ ποίημα τὸ ἐπὶ τῶι ἱσταμένωι φαλλῶι ἀιδόμενον. idem εἰθύφαλλοι. Eust. 1413, 37 Αἴλιος δὲ Διονύσιος καὶ τοῦ ἰθύφαλλος τὴν ἀρχὴν διὰ διφθόγγου γράφει, ὃ δηλοῖ, φησίν, αἰδοῖον ἐντεταμένον καὶ ἆισμα Διονυσιακὸν Ἀθήνησι καὶ ἑταιρικὸν δέ, τουτέστι φίλον ταῖς ἑταιρίσιν, αἳ καὶ ἀνασεισίφαλλοι φερωνύμως λέγονται παρὰ τῆι κωμωιδίαι . . Παυσανίας δὲ διὰ διφθόγγου γράφων καὶ αὐτός φησιν ὅτι εἰθύφαλλος αἰδοῖον, καὶ ὁ πρόχειρος εἰς συνουσίαν, καὶ ὠιδὴ ὑπόκενος. cf. Harpocr. p. 100, 22. An. Bekk. 246, 19 (Etym.

gen. p. 100 Mill) *εἰθύφαλλοι· εἶδος ᾠδῆς ὠρχημένης. ἔστι δὲ καὶ αἰδοῖον δερμάτινον, καὶ τελετή τις περὶ τὸν Διόνυσον καὶ τῆι κωκυτοῖ* (an *Κοτυτοῖ?*) *ἀγομένη.*

Hesych. *αὐτοκάβδαλα· αὐτοσχέδια ποιήματα, εὐτελῆ.* An. Bekk. 467, 12 ex Eupolidis Maricante.

SICYONII cf. TEST. 2

3. Honestus A. P. XI 32

Μούσης νουθεσίην φιλοπαίγμονος εὕρετο Βάκχος,
ὦ Σικυών, ἐν σοὶ κῶμον ἄγων Χαρίτων·
δὴ γὰρ ἔλεγχον ἔχει γλυκερώτατον ἔν τε γέλωτι
κέντρον· χὠ μεθύων ἀστὸν ἐσωφρόνισεν.

MEGARENSES

4. Aristot. Poet. c. 3 v. TEST. 1.

5. Arist. Eth. Nic. IV 6 p. 1123a 21 *ἐν γὰρ τοῖς μικροῖς τῶν δαπανημάτων πολλὰ ἀναλίσκει* (*ὁ βάναυσος*) *καὶ λαμπρύνεται παρὰ μέλος, οἷον ἐρανιστὰς γαμικῶς ἑστιῶν καὶ κωμωιδοῖς χορηγῶν ἐν τῆι παρόδωι πορφύραν εἰσφέρων, ὥσπερ οἱ Μεγαρεῖς.* ubi schol. anon. p. 186, 9 Heylbut: *σύνηθες ἐν κωμωιδίαι παραπετάσματα δέρρεις ποιεῖν, οὐ πορφυρίδας. Μυρτίλος ἐν Τιτανόπασι* ⟨. . . . *Εὔπολις Προσπαλτίοις*⟩ '*τὸ δεῖν' ἀκούεις; Ἡράκλεις, τοῦτ' ἐστί σοι τὸ σκῶμμ' ἀσελγὲς καὶ Μεγαρικὸν καὶ σφόδρα ψυχρόν· γελᾶι* ⟨*γάρ, ὡς*⟩ *ὁρᾶις τὰ παιδία*'. *διασύρονται γὰρ οἱ Μεγαρεῖς ἐν κωμωιδίαι, ἐπεὶ καὶ ἀντιποιοῦνται αὐτῆς ὡς παρ' αὐτοῖς πρῶτον εὑρεθείσης, εἴ γε καὶ Σουσαρίων ὁ κατάρξας κωμωιδίας Μεγαρεύς. ὡς φορτικοὶ τοίνυν καὶ ψυχροὶ διαβάλλονται καὶ πορφυρίδι χρώμενοι ἐν τῆι παρόδωι. καὶ γοῦν* (l. *γὰρ*) *Ἀριστοφάνης ἐπισκώπτων αὐτοὺς λέγει που* (Vesp. 58) '*μηδ' αὖ γέλωτα Μεγαρόθεν κεκλεμμένον*'. *ἀλλὰ καὶ Ἐκφαντίδης παλαιότατος ποιητὴς τῶν ἀρχαίων φησὶ* '*Μεγαρικῆς κωμωιδίας ἆσμα δίειμαι αἰσχυνόμενος τὸ δρᾶμα Μεγαρικὸν ποιεῖν*'. *δείκνυται γὰρ ἐκ πάντων τούτων ὅτι Μεγαρεῖς τῆς κωμωιδίας εὑρεταί.* cf. schol. Arist. Vesp. 58.

6. Ps. Diogen. III 88 *γέλως Μεγαρικός· ἐπὶ τῶν ἀώρως θρυπτομένων. ἤκμασε γὰρ ἡ Μεγαρικὴ κωμωιδία ἐπὶ χρόνον, ἣν Ἀθηναῖοι καταμωκώμενοι ἐγέλων.*

Megaricam comoediam nullam fuisse olim contendebat vWilamowitz Hermae IX 326 sqq. at vide idem quae dixit Comment. metr. II 33 sq. Bethe Prolegom. p. 64. poetae nec fuerunt nec potuerunt esse.

ΜΑΙΣΩΝ

7. Athen. XIV 659 a *Χρύσιππος δ' ὁ φιλόσοφος τὸν μαίσωνα ἀπὸ τοῦ μασᾶσθαι οἴεται κεκλῆσθαι, οἷον τὸν ἀμαθῆ καὶ πρὸς γαστέρα νενευκότα, ἀγνοῶν ὅτι Μαίσων γέγονεν κωμωιδίας ὑποκριτὴς Μεγαρεὺς τὸ γένος, ὃς καὶ τὸ προσωπεῖον εὗρε τὸ ἀπ' αὐτοῦ καλούμενον Μαίσων, ὡς Ἀριστοφάνης φησὶν ὁ Βυζάντιος ἐν τῶι Περὶ προσώπων, εὑρεῖν αὐτὸν φάσκων καὶ τὸ τοῦ θεράποντος πρόσωπον καὶ τὸ τοῦ μαγείρου. καὶ εἰκότως καὶ τὰ τούτοις πρέποντα σκώμματα καλεῖται μαισωνικά. . . τὸν δὲ Μαίσωνα Πολέμων ἐν τοῖς Πρὸς Τίμαιον ἐκ τῶν ἐν Σικελίαι φησὶν εἶναι Μεγάρων καὶ οὐκ ἐκ τῶν Νισαίων.* cf. Hesych. *Μαίσωνα· μάγειρον. ἄλλοι βορόν, ἀπὸ τοῦ μασᾶσθαι.* Athen. l. s. *ἐκάλουν οἱ παλαιοὶ τὸν μὲν πολιτικὸν μάγειρον μαίσωνα, τὸν δ' ἐκτόπιον τέττιγα* (Hesych. s. *τέττιξ*). recte Chrysippus, nec ab Maesone nomen accepit persona, sed *μαίσων* i. q. Manducus est (Dieterich Pulcin. p. 87), nec differt multum ab Mattone, cuius heroum apud Spartanos fuisse Polemo testatur (Athen. II 39 c. IV 173 f). omitto Philodemi in Rhetoricis verba I 189, 13 Sudh, quae sic ut edita sunt intellegi nequeunt. de Maesonis qui ferebatur versiculo *ἀντ' εὐεργεσίης Ἀγαμέμνονα δῆσαν Ἀχαιοί* cf. Crusius Philol. suppl. vol. VI 275. ceterum *Τέττιξ* ille aliter explicatur apud Clem. Alex. Protr. I 1: *Ἕλλησι δ' ἐδόκει ὑποκριτὴς γεγονέναι μουσικῆς.* aliter etiam, nec recte opinor, Dieterich l. s. p. 39.

ΤΕΛΛΗΝ (ΤΟΛΥΝΟΣ)

8. Etym. genuin. *Τολύνιον· τὸ καλούμενον Κρατίνειον μέτρον πολυσύνθετον. καλεῖται καὶ Τολύνιον ἀπὸ τοῦ Μεγαρέως Τολύνου· ἔστι δὲ προγενέστερος Κρατίνου.* ubi *Τελλήνειον* probabiliter correxit Meinekius. quod si verum est, nec comicus fuit poeta nec Cratino antiquior. *Τέλλην* enim tibicin fuit Epaminondae aequalis (Plut. Apophthegm. Epam. 20 p. 193 f), in quem distichon scripsit Leonidas Tarentinus (A. P. VII 719), *τὸν πρᾶτον γνόντα γελοιομελεῖν* i. e. tibiarum cantu voces alienas ridicule imitari. carmina eius memorantur Zenob. vulg. I 45. II 15 (*μέμνηται αὐτοῦ Δικαίαρχος ὁ Μεσσήνιος*). cf. vWilamowitz Ind. lect. Gryph. 1880/81 p. 8. nomen autem *Τόλυνος* male fictum ex vocabulo *Τολύνειον*, hoc vero corruptum ex *Τελλήνειον*.

de Susarione v. infra cap. XV.

XV. DE COMOEDIAE ATTICAE PRIMORDIIS.

ΣΟΥΣΑΡΙΩΝ

1. Clem. Alex. Strom. I 16, 79 p. 365 P *ναὶ μὴν ἴαμβον μὲν ἐπενόησεν Ἀρχίλοχος ὁ Πάριος, χωλὸν δὲ ἴαμβον Ἱππῶναξ ὁ Ἐφέσιος, καὶ τραγωιδίαν μὲν Θέσπις ὁ Ἀθηναῖος, κωμωιδίαν δὲ Σουσαρίων ὁ Ἰκαριεύς.* cf. schol. Dion. Thr. Crameri An. Ox. IV 316 *καὶ εὑρέθη ἡ μὲν τραγωιδία ὑπὸ Θέσπιδός τινος Ἀθηναίου, ἡ δὲ κωμωιδία ὑπὸ Ἐπιχάρμου ἐν Σικελίαι, καὶ ὁ ἴαμβος ὑπὸ Σουσαρίωνος κτλ.*

2. Diomedes p. 488, 23 K (supra p. 58) *poetae primi comici fuerunt Susarion Mullus et Magnes. hi veteris disciplinae iocularia quaedam minus scite ac venuste pronuntiabant.* v. e libro glossarum supra p. 72, 9.

3. Susarionem Megarensem finxerunt veteres quidam nimis docti, fuisse qui hanc fabulam aut spernerent aut ignorarent, versiculi docent qui illius nomine ferebantur quattuor vel quinque. hos igitur hoc loco proponendos censui.

ἀκούετε λεώι· Σουσαρίων λέγει τάδε,
υἱὸς Φιλίνου Μεγαρόθεν Τριποδίσκιος·
κακὸν γυναῖκες, ἀλλ' ὅμως, ὦ δημόται,
οὐκ ἔστιν οἰκεῖν οἰκίαν ἄνευ κακοῦ·
καὶ γὰρ τὸ γῆμαι καὶ τὸ μὴ γῆμαι κακόν.

habent Stob. fl. 69, 2 v. 1. 3—5. Diomed. p. 488, 26 (supra p. 58) v. 1 inde ab *Σουσαρίων*, tum 3. 4. schol. Dion. Thr. p. 748 B (supra p. 14) *πρῶτον οὖν Σουσαρίων τις τῆς ἐμμέτρου κωμωιδίας ἀρχηγὸς ἐγένετο, οὗ τὰ μὲν δράματα λήθηι κατενεμήθη, δύο δὲ ἢ τρεῖς ἴαμβοι τοῦ πρώτου δράματος ἐπὶ μνήμηι φέρονται. εἰσὶ δὲ οὗτοι 'ἀκούετε . . . ἄνευ κακοῦ'.* inde eadem fere Tzetzes Cram. An. Par. I 3 et prooem. Ambros. (supra p. 27), quo altero loco sic: *τῆς οὖν κωμωιδίας τῆς καλουμένης πρώτης πρῶτος καὶ εὑρετὴς γέγονεν ὁ Μεγαρεὺς Σουσαρίων ὁ Τριποδίσκιος, υἱὸς ὢν Φιλίννου, ὃς φαύληι γυναικὶ συνοικῶν ἀπολιπούσηι αὐτὸν Διονυσίων ἡγμένων εἰσελθὼν εἰς τὸ θέατρον τὰ τέσσαρα ἰαμβεῖα ταυτὶ ἀνεφθέγξατο, ἃ μόνα τῶν ἐκείνου συγγραμμάτων ἐφεύρηνται τῶν ἄλλων ἁπάντων ἠφανισμένων 'ἀκούετε . . . ἄνευ κακοῦ'.* similiter Tzetzes Cram. An. Ox. III 336. denique schol. Ar. Lys. 1038 *ἐν παροιμίαι τοῦτο ἔλεγον 'κακὸν γυναῖκες . . . ἄνευ κακοῦ'*, inde Suid. *οὔτε σὺν πανωλέθροισι* et *τοὖπος*.

deest igitur v. 2 apud Stobaeum et Diomedem, fuit in eo libro unde scholia Dionysiana compilata erant. nec casu deesse versum inde apparet, quod qui Susarionis hominis ignoti nomini hos versus affinxit

bene atticos (*ἀκούετε λεῴ* cf. Plut. Thes. 13) certe non Megarensem existimabat sed Icariensem (inde v. 3 *ὦ δημόται*): dorice enim scripsisset. itaque falsarius interpolatorem nanctus est. incerta res de v. 5, quem unus servavit Stobaeus, fortasse ex alio poeta scaenico additum. — de varia versuum corruptela otiosum est verba facere.

---

4. Suidas *Ἐπίχαρμος* — *ἦν δὲ πρὸ τῶν Περσικῶν ἔτη ϛ' διδάσκων ἐν Συρακούσαις· ἐν δὲ Ἀθήναις Εὐέτης καὶ Εὐξενίδης καὶ Μύλλος* (*Μῦλος* codd) *ἐπεδείκνυντο*. e quibus Euetes tragicus potius videtur, si quidem in titulo CIA II 977 *a* quod legitur . . ΕΤΗΣ Ι suppleri non potest nisi *Εὐέτης α'*. positus autem hic in victorum tabula inter Aeschylum et Polyphrasmonem. Euxenidae vel nomen ignotum. Myllus vero a Diomede (supra p. 58) cum Susarione et Magnete inter primos poetas comicos refertur, sed ipse potius ridendi fuit causa quam risus auctor. Hesych. *Αὔλιος ἢ Μύλλος· οὗτος ἐπὶ μωρίαι ἐκωμωιδεῖτο.* hinc interpolata glossa Photii *Αὔλλος· ποιητὴς ἐπὶ μωρίαι κωμωιδούμενος*. Zenob. vulg. V 14 *Μύλλος πάντ' ἀκούων· αὕτη τέτακται ἐπὶ τῶν κωφότητα προσποιουμένων καὶ πάντα ἀκουόντων. μέμνηται αὐτῆς Κρατῖνος ἐν Κλεοβουλίναις. ἔστι δὲ καὶ κωμωιδιῶν ποιητὴς ο Μύλλος.* e Cratini versiculi mala interpretatione Myllus poeta natus videtur. nomen vero non a *μύλλειν* verbo obscaeno ductum (Wilamowitz Hermae IX 337), sed *μυλλός* i. q. *κυλλός* vel *στρεβλός*; *διεστραμμένος τὴν ὄψιν*, alio oculis alio mente conversus.

XVI. VARIA DE COMOEDIA TESTIMONIA.

